 uitates samaritanorum ne intraueritis. sed potius
 ite ad uos que perierunt domus israel.

Euntes autem. predicate dicentes. quia appropinqua-
 bit regnum celorum. Infirmos curate. mortuos
 suscite. leprosos mundate. demones eicite.

Gratias accipitis. gratis date. Nolite possidere
 aurum. neque argentum. neque pecuniam in zona uestra.

non peram. neque duas tunicas. neque calciamenta.
 neque uirgam. Dignus est enim operarius cibum suum.

In qua cumque uero ciuitate. aut castellum intraueritis.
 interrogate quis in ea dignus sit. et ibi manete.

donec exieritis. **I**ntrantes autem in domum. salutate

et dicens. Pax huic domui. Et si quidem fuerit
domus illa digna. ueniet pax uera super eam.

Si autem non fuerit digna. pax uera ad uos reuertetur.

Et quicumque non egerit uos. neque audierit sermo
meum. excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis.
tolerabilius erit terre sodomorum et gomorrhorum
in die iudicii. quam illi ciuitati. **E**cce ego

mittouos. sicut ues in medioluporum. Estote ergo
prudentes. sicut serpentes. et simplices sicut colubae.

Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in concilia
et presides ducemini propter me. in testimonium illis
et gentibus. **C**um autem tradent uos. nolite cogi
tare quomodo. aut quid loquamini. Dabitur enim

uobis in illa hora. quid loquamini. Non enim uos estis
qui loquamini. sed spiritus patris uestri qui loquitur
in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem.
et pater filium. Et insurgente filii in parentes. et
morte eos afficiant. Et eritis hodie omnibus.

propter nomen meum. Quia autem perseuerauerit.
usque in finem. hic saluus erit. **C**um autem perse
querentur uos in ciuitate ista. fugite in aliam.
Amen dico uobis. non consummabitur ciuitas ista
usque. donec ueniat filius hominis.

Non est discipulus super magistrum. nec seruus super
dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut
magister reus. et seruus sicut dominus eius.

l. lxxvii.
l. lxxviii.
l. lxxviiii.
l. lxxviiii.

l. lxxvii.
l. lxxviii.

l. lxxvii.
l. lxxviii.

l. lxxviii.
l. lxxviiii.
l. lxxviiii.

l. lxxvii.
Sol. x.

Et
m. xci.
Sol. x.

Et
m. xci.
m. lx.
Luc. lxxx.

Et
m. xciii.
Luc. exlv.
1

Si patrem familias beelzebub uocauerit. quanto
magis domesticos ei. ne ergo timueritis eos.

Nihil operatum quod non reuelabitur.
Et occultum quod non scietur.

Quod dico uobis in tenebris. dicite in lumine.
Et quod in aure auditis. predicare super tecta.

Et nolite timere eos qui occidunt corpus. animam
autem non possunt occidere. Sed potius se cum timete.

quia potest et animam. et corpus perdere in gehennam.
Nonne duo passeret assidue ueniunt. et unus ex illis
non cadet supra sine patre uero. Vni autem et ca-
pilli capitis. omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere. multis pasceribus meliores estis uos.

Omnes ergo qui confitebitur me coram hominibus.
confitebor et ego tui coram patre meo. qui in celis.
Quia autem negauerit me. coram hominibus. negabo
et tuum ego coram patre meo. qui est in celis.

Et
m. xciii.
m. lxxxv.
Luc. xcvi.

Et
m. xcvi.
Luc. clx.

Nolite arbitrari. quia uenerim mittere pacem in
terram. Non ueni pacem mittere sed gladium.

Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum.
et filiam aduersus matrem suam. et nurum aduersus
socrum suam. Et inimicus hominis domesticus eius.

Et
m. xcvi.
Luc. lxxvii.
v.

Quia amat patrem aut matrem. plus quam me.
non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam
super me. non est me dignus. Et qui non accipit
crucem suam et sequatur me. non est me dignus.

Matth. xcvii.
Lc. col. 1.
Ioh. viii. 1.

Qui uenit animam suam. perdet illam. Et qui se dederit
animam suam propter me. inueniet eam.

luc. xxi.
loh. xxi. 11.

Qui recipit uos. mercedem recipit. Et qui mercedem recipit. recipit eum. qui eum misit.

luc. xxi. 11.
loh. xxi. 11.

Qui recipit prophetam in nomine prophete. mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet.

luc. xxi. 11.
loh. xxi. 11.

Et qui cum potum dederit uni ex minimis istis. calicem aque frigide. tantum in nomine discipuli. amen dico uobis. non perdet mercedem suam.

loh. xxi. 11.

Et factum est cum consummasset ihesus. precipiens duodecim discipulis suis. transit inde. ut doceret eos per dicarum. in ciuitatibus eorum. **I**ohannes autem cum audisset in uinculis operam christi. mittens duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus? **R**espondens ihesus. ait illis. Euntes et nuntiate iohanni. que audistis et uidistis. Caeci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. **E**t beatus est. qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem ab euntibus. coepit ihesus dicere. ad turbas de iohanne. Quid existis in deserto uidere. harundinem uento agitata? **S**ed quid existis uidere. hominem mollibus uestitum? **E**cce qui mollibus uestiuntur. in domibus regunt. **S**ed quid existis uidere prophetam? **E**tiam dico uobis. et plus quam prophetam. **H**ic enim est. de quo scriptum est. **E**cce mitto angelum meum ante faciem tuam. qui praeparabit uiam tuam. ante te.

loh. xxi. 11.

loh. xxi. 11.
loh. xxi. 11.

m̄. ciii.
Lc. lxxi. v.m̄. cv.
Lc. cxxiii. u.m̄. ciii.
Sol. x.m̄. ciii.
Lc. lxxiii. v.m̄. ciii.
Lc. cxxii.

Sol. x.

Amen dico uobis. non surrexit inter natos mulierū
maior iohanne baptista. Quia aut minor est
in regno celorū. maior est illo. **A** diebus aut
iohis baptiste usq. nunc. regnū celorū uimpa-
titur. et uolenti rapiunt illud. **O**m̄s enim
pphete edex. usq. ad iohannē ppheta uerunt.
Et si uultis recipere. ipse est helias qui uenturus ē.
Qui habet aures audiendi. audiat.

Cui aut simile estimabo generationem istam.
similis est pueris sedentibus in foro. qui clamantes
cor qualibus dicunt. Cecimus uobis et n̄ saltatis.
Lamenta uimus. et n̄ planximus. Venit enī iohs.
neq. manducans. neq. bibens. et dicunt. Demo-
num habet. Venit filius hominis manducans
et bibens. et dicunt. Ecce homo uorax et potator
uini. publicanorū et peccatorū amicus. Et iustu-
ficata est sapientia. a filiis suis. **T**unc cepit
exprobrare ciuitatib. in quib. facte sunt plurime
uirtutes eius. quā n̄ egissent penitentiam.
ut in bethsaida. ut in bethsaida. quia si in tiro
et sidone facte essent uirtutes. que facte sunt
in uobis. olim in cilicio et cinere. penitentiam
egissent. Verū tamen dico uobis. tiro et sidone.
remissius erit in die iudicii. quā uobis. Et tu ca-
pharnaū. nūquid usq. in celū exaltaberis.
usque in infernum descenderis.

Quasi in solo domis facte fuissent uirtutes. que
facte sunt in te. forte mansissent usq. in hunc

diem. Verū tamē dico uobis. quia terrae sodo
morū remissius erit in die iudicii. quam tibi.

lxxx.
lxxxiii.

In illo tēpore. Respondens ih̄s. dix̄. Confiteor
tibi p̄at̄ dñe celi et terrę. quia abscondisti hęc
a sapientibus et prudentibus. et reuelasti ea
paruulis. Itap̄at̄. quō sic fuit placitū antec̄.

lxxxi.
lxxxiiii.
lxxxv.

Omnia mihi tradita sunt. a patre meo.
Et nemo nouit filiū nisi p̄at̄. neque patrem quis
nouit nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare.

lxxxviii.
Sol. x.

Venite ad me om̄s qui laboratis. et conuerati estis.
et ego reficiā uos. Tollite iugū meū sup̄ uos.
et discite a me. quia mitis sum. et humilis corde.
et inuenietis requiem animabus ur̄is. Iugum
enim meū suauē est. et onus meū leuē est.

lxxxviii.
lxxxiiii.
xl.

In illo tēpore. Abiit ih̄s sabbato p̄sata. Discipuli
autē eius esurientes coeper̄t uellere spicas.
et manducare. Pharisei autē uidentes. dixer̄t ei.
Ecce discipuli tui faciunt. quod non licet eis facere
sabbatis. At ille. dix̄ eis. Non legistis quid fecerit
dauid quando esuruit. et quicū eorant. quo
modo intrauit in domū dī. et panes p̄positionis
comedit. quos n̄ licet ei edere. neq. his qui
cum eo erant. nisi solis sacerdotibus.

lxxxv.
Sol. x.

Aut n̄ legistis in lege. quia sabbatis sacerdotēs in
tēplo sabbatū uiolant. et sine crimine sunt.
Dico autē uobis. quia tēplo maior est hic. Si autē
sciretis quid est misericordiā uolo. et n̄ sacri
ficiū. numquā condēpnassetis. innocentes.

mt. exij.
m. xxij.
Lc. xliij.
.11.

Dñs est enī filius hominis. etiam sabbati.
Et cū inde transisset. uenit in sinagogā eorum.
 Et ecce homo manū habens aridā. et interrogabant
 eū dicentes. Silicet sabbatis curare. ut accusarent
 eum. Ipse autē. dixit illis. Quis erit ex uobis homo.
 qui habet ouem unā. et si ceciderit hec sabbatis
 in foueā. non metentur. et eleuabit eam.
 Quantomagis. melior est homo oue. Itaque.
 licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini.
 Extende manū tuā. Et extendit. et restituta est
 sanitati sicut altera.

mt. s.
m. xxij.
loh. xxiij.
m. c.
Sol.

Ex eunte autē pharisei.
I consiliū faciēbant aduersus eū. quomodo eū pderent.
 Is autē sciens. recessit inde. et secutus est eū multitudo.
 et curauit eos omīs. Et precepit eis. ne manifestū
 eū facerent. ut adimplerēt qd dictū est. per prophetā
 dicentē. Ecce puer meus quē elegi.
 dilectissimū. in quo bene conplacuit. Animate me.
 Sona spm meū sup eū. et iudiciū gentib; nuntiabit.
 Non contendet. neq. clamabit. neq. audiet ali
 quis in plateis. uocē eius. Harundinē quā assatam
 nō confringet. et in mū fumigans nō extinguit. do
 nec ueniat ad uictoriam iudiciū. Et in nomine
 eius. gentes sperabunt. **T**unc oblatus est ei
 demoniū habentes cecus. et mutus. et curauit eū.
 et ut loqueret et uideret. **E**t stupebant omīs
 turbe. et dicebant. Nūquid hic est filius dauid.
Pharisei autē audientes. dixerunt. Hic nō est
 demones. nisi in be el zebub principe demoniorū.

mt. xxviii.
Lc. xxv. v.
mt. cxx.
loh. lxxv. u.

mt. cxxi.
m. cxxii.
Lc. xxviii.
.11.

mt. cxxii.
 mt. cxxiii.
 lc. cxxviii.
 .11.

Ihs aut sciens cogitationes eorum. dixit. Omne reg-
 num diuisum contrasit desolabitur. et omnis ciuitas
 uel domus diuisa contrasit nescabit. Et si satanas
 satanas eicit. aduersus se diuisus est. Quomodo
 ergo stabit regnum eius. **Et ego imbe et zebub.**
 eicio demones. filii uiri in quo eiciunt. Ideo ipsi
 iudices erunt uiri. Si aut ego in spu di eicio
 demones. igitur puenit in uos regnum di.
 Aut quomodo potest quisquam intrare in domu
 fortis. et uasa eius diripere. nisi prius alliga-
 uerit forte. et tunc domu illius diripiet.

mt. cxxiii.
 mt. cxxviii.
 lc. cxliii.
 .11.

Du in mecu. contrame est. Et qui in congre-
 gat mecu. spargit. Ideo dico uobis. Omne
 peccatu. et blasphemia. remittetur homi-
 nibus. sps aut blasphemie nre mittetur.
 Et qui cuq. dixerit uerbu contra filiu hominis.
 remittetur ei. Qui aut contradixerit spm scm.
 non remittetur ei. neq. in hoc seculo neque in futuro.

mt. cxxviii.
 Sol. x.

Aut facite arborem bona. et fructu eius bonu.
 Aut facite arborem mala. et fructu eius malu.

mt. cxxv.
 lc. lxxv. 11.

Si qui de ex fructu arbor agnoscit. Progenies
 uiperaru. quomodo potestis bona loqui cum sitis
 mali. Ex abundantia enim cordis. os loquitur.

Bonus homo. de bono thesauro profert bona.
 Et malus homo. de malo thesauro profert mala.
Dico aut uobis. quo omne uerbu otiosu quod lo-
 cuti fuerint homines. reddent rationem
 de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuus iustifi-

I m. cxxvii
 Luc. cxxviii
 N.

caberis. et ex uerbis tuis condempnaberis.
Tunc respondebunt ei quidam de scribis et pharisaeis
 dicentes. Magister. uolumus a te signum uidere.
Qui respondens. ait illis. Generatio mala et adul-
 tera signum querit. et signum non dabitur ei nisi signum
 ione prophete. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti
 tribus diebus et tribus noctibus. sic erit filius ho-
 minis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus.
 Viri in uita surgent in iudicia cum generatione
 ista et condempnabunt eam. quia penitentiam euerit
 in predicatione ione. Et ecce plus quam ionas hic.
 Regina austris surget in iudicio cum generatione
 ista. et condempnabit eam. quia uenit a finibus terre
 audire sapientiam salomonis. Et ecce plus quam salomon hic.
Cum autem immundus spiritus exierit ab homine. ambulat
 in loca arida. querens requiem et non inuenit.
 Tunc dicit. Reuertar in domum meam. unde exiui.
 Et ueniens. inuenit uacantem. scopis mundatam
 et ornata. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus
 secum ne quiescat. et intrantes habitant ibi.
 Et sunt nouissima hominis illius. priora prioribus.
 Sic erit in generatione huic pessime.
Ad huc loquente ad turbas. ecce mater eius et fratres.
 stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam.
 Ecce mater tua et fratres tui foris stant. querentes te.
 At ille respondens. dicens sibi ait. Quae est mater
 mea et quis sunt fratres mei. Et extendens manum
 in discipulos suos. dixit. Ecce mater mea. et fratres mei.

Quicūq. enī fecerit uoluntatē patris mei qui in
celis est. ipse mīset fr. et soror et mater est.

Indie illo. exiens ibi de domo. stabat secus mare.
Et congregate sunt ad eū turbe multe. ita ut in na
uiculā ascendens sederet. Et omnis turba stabat
in litore. et locutus est eis multa in parabolis dicens.
Exit quis seminare. seminare. Et dum seminat.
quedam ceciderunt secus uia. et uenerūt uolucres.
et comederūt ea. Alia aut. ceciderūt in petrosa.
ubi nō habebant terrā multā. et continuo exorta
sunt. quia nō habebant altitudinē tē. Sole aut
orto et uia uerūt. et quia nō habebant radicē aru
erunt. Alia ceciderūt in spinas. et creuerunt
spine. et suffocauerūt ea. Alia ceciderūt in terrā
bonā. et dabant fructū. aliud centesimum
aliud sexagesimū. aliud trigessimū. Qui habet
aures audiendi. audiat. Et accedentes discepti.
dixerūt ei. Quē in parabolis loqueris eis.

Qui respondens. ait illis. Quia uobis datū est
nosse mysteriū regni celorum. illis aut nō datū.

Qui nō habet dabitur ei. et habundabit. Qui
aut non habet. et quod habet. auferetur ab eo.
deo in parabolis loquor eis. quia uidentes non
uident. et audientes nō audiunt. neq. intelle
gunt. Et adimplere cur in eis propheta esaię.
dicens. Auditū audietis et nō intellegitis. et
uidentes uidebitis. et nō uidebitis. In crassa tū est
cor populū huius. et auribus grauit̄ audierunt.

mic. xiii.
m. xxxviii.
le. lxxvii.
loh. c. xiii.

et oculos suos concluserunt. ne quando uideant
oculis et auribus audiant et corde intelligant
et conuertantur et sanentur.

m. cxxxiii.

l. cxx

Vri autem beati oculi qui uident. et aures sunt quia
audiunt. Amen quippe dico uobis. quia multi
prophete et iusti cupierunt uidere que uidetis
et non uiderunt. Et audire que auditis et non audierunt.

m. cxxxii.

m. cxxxiii.

l. cxxxiiii.

Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis
qui audit uerbum regni et non intelligit. uenit
malus. et rapit quod seminatum est in corde eius.
Hic est qui seculum seminatus est. Qui autem
super petrosa seminatus est. hic est qui uerbum
audit et continuo cum gaudio accipit illud.
Non habet autem in radice. sed est temporalis.
facta autem tribulatione et persecutione propter
uerbum. continuo scandalizatur. Qui autem se-
minatus in spinis. hic est qui uerbum audit
et sollicitudo istius seculi et fallacia diuitiarum
suffocant uerbum. et sine fructu efficitur.
Qui uero in terra bonam seminatus est. hic est
qui uerbum audit et intelligit. et fructum
affert. et facit aliud quidem centesimum aliud
autem sexagesimum. aliud uero trigesimalium.

Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile fac
tuum est regnum celorum homini. qui seminauit
bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent
homines. uenit inimicus eius et supersemi-
nauit zizania in medio tritici et abiit.

Et cū creuisset herba. et fructum fecisset.
Tunc apparuerunt et zizania. Accedentes
autē serui patris familias. dixerunt ei. Dñe. nonne
bonū sēmen seminasti in agro tuo. unde ergo
habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo.
hoc fecit. Serui autē. dixerunt ei. Visimus et
colligimus ea. Et ait. Non. Ne forte colligentes
zizania. eradicetis simul et triticū. Sinite
utraq. crescere usque ad messem. et intē porē
messis. dicā messoribus. Colligite primum
zizania. et alligate ea fasciculos. ad combu-
rendū. Triticū autē. congregate in hor-
rētū meū.

Aliā parabolā proposuit eis dicens.
Simile est regnū celorū grano sinapis. quod
accipiens homo seminavit in agro suo. quod
minimū quidē est omnib. seminibus.
Cū autē creuerit. maius est omnibus horti-
ribus. Et fit arbor. ita ut volucres celi ve-
niant. et habitent in ramis eius.

Aliā parabolā locutus est eis. Simile est
regnū celorū fermento. quod acceptum
mulier abscondit in farina. satis tribus
donec fermentatū est totū. **H**ec omnia
locutus est ihs in parabolis ad turbas. et sine
parabolis nō loquebatur eis. ut impleretur
qd dictū est p̄phetā dicentē. Aperiā
in parabolis os meum. et eructābo abscondita
a constitutione mundi.

m. cxxxviii.
c. clxviii. vi.

m. cxxxviii.
c. clxviii. vi.

m. cxxxviii.
c. clxviii. vi.

m̄. cxi.
Sol. x.

Tunc dimissis turbis uenit in domū. et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorū agri. Qui respondens. ait. Qui seminat bonū semen. est filius hominis. Ager autē. est mundus. Bonū uero semen. hi sunt filii regni. Zizania autē. filii sunt nequā. Inimicus autem qui seminauit ea. est diabolus. Messis uero. consummatio seculi est. Messores autē. angelisunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur. sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno eius omnia scandala. et eos qui faciunt iniquitatē. et mittent eos in caminū ignis. ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol. in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi. audiat.

Simile est regnū celorū. thesauro abscondito in agrā. Quem qui inuenit homo abscondit. et pro gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet. et emit agrū illū. Iterū simile est regnū celorū hominū goliatori. querenti bonas margaritas. Inuenta autē una preciosa margarita. abiit et uendit omnia que habuit et emit eā. Iterū simile est regnū celorū sagene misse in mare. et ex omni genere piscium congregant. Quā cū impleta esset educentes. et secus litus sedentes. elegerunt bonos in uasa. malos autē foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exhibunt angeli. et separabunt malos de medio

uistorū. et mittunt eos in camino ignis. ibi
 erit fletus. et stridor dentium. Intellexistis hec
 omnia. Dicunt ei. etiam. At illis. Ideo omnis
 scriba doctus in regno celorum. similis est
 homini patri familias. Qui profert de thes
 auro suo. noua et uetera. Et factum est cum con
 summasset ihu parabolas istas. transit inde.

mt. cxlv.
 n. li.
 l. xviii.
 h. lvi.

Et ueniens in patriam suam. docebat eos in synago
 gistorum. ita ut mirarentur. et dicerent.
 Unde huic sapientia hec et uirtutes. Nonne
 hic est fabri filius. Nonne mater eius dicitur
 maria. et fratres eius. iacobus. et ioseph. et simon
 et iudas. et sorores eius. nonne omnia sapud nosse.

mt. cxlv.
 n. li. .1.
 l. xxi.
 h. xxxu.

Ihu autem dixit eis. Non est propheta sine honore.
 nisi in patria sua. et in domo sua. Et non fecit ibi
 uirtutes multas. propter incredulitatem illorum.
 In illo tempore. Audiuit herodes tetracha fama
 ihu. et ait putrissus. Hic est iohannes baptista.

mt. cxlv.
 n. lvi. .1.
 l. xxii.

Ipse surrexit a mortuis. et ideo uirtutes ope
 rantur in eo. **H**erodes enim tenuit iohannem
 et alligauit eum. et posuit in carcere. propter
 herodiam. uxorem fratris sui. Dicebat
 enim illi iohannes. non licet tibi habere eam.
 Et uolens illum occidere. timuit populum.

mt. cxlviii.
 n. lviii. .111.
 l. xii.

quia sicut propheta eum habebant. **D**ixit autem
 natalis herodis. saltauit filia herodiadis.
 in medio. et placuit herodi. Unde cum iura

mt. cxlv.
 n. lx. .4.

scdm.

mento pollicitus est ei dare. quocumque postulasset
ab eo. At illa premonita a matre sua. Damih
inquit hic in disco caput iohannis baptiste.
Et contristatus est rex propter iuramentum autem et eos
qui pariter recubebant. iussit dari. Misit que
et decolavit iohannem. in carcere. et allatum est
caput eius in disco. et datum est puelle. et tulit
matris sue. Et accedentes discipuli eius.
tulerunt corpus. et sepelierunt illud. et veni
entes nuntia uerunt ihu. **Q**uod cum audisset
ihus. secessit inde in nauicula in locum desertum.
seorsum. Et cum audissent turbe secutę sunt eum
pedes tres decem milibus. et exiens uidit turbam
multam. et misertus est ei. et curauit languidos eorum.
Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli ei
dicentes. Desertus est locus. et hora iam preterit.
Dimitte turbas. ut euntes in castella. emant sibi
escas. Ihus autem dixit eis. Non habent necesse ire.
date illis uos manducare. Responderunt ei.
Non habemus hic. nisi quinq. panes et duo pisces.
Qui ait eis. Afferte illos mihi hic. Et cum ius
sisset turbam discubere supra fenam. accepit
quinq. panibus et duobus piscibus. Aspiciens
in celum. benedixit et fregit. et dedit discipulis
panes. discipuli autem turbis. Et manducauerunt
omnes. et saturati sunt. Et tulerunt reliquias.
duodecim cophinos fragmentorum plenos.
Manducantium autem fuit numerus quinq.

mt. xlvj.
mr. cii. .11.
luc. lvii.

mt. cxliij.
mr. lxxiiii. .1.
luc. xciii.
loh. xliiiii.

m̄. cxlviii.
 m̄. lxxv.
 v̄. 11.
 m̄. cxlviii.
 m̄. lxxv.
 l̄. lxxv.
 m̄. lxxv.
 l̄. lxxv.
 milia uirorū. exceptis mulierib; et paruulis.
Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculā.
 et præcedere eū transfretū. donec dimitt
 teret turbas. **E**t dimissa turba. ascendit
 in montē. solus orare. **V**espere aut facta.
 solus erat ibi. Nauicula aut. in medio mari.
 iactabatur fluctibus. Erat enī contrarius uent.
 Quarta aut uigilia noctis uenit ad eos.ambu
 lans supra mare. Et uidentes eū supra mare
 ambulante turbati sunt. dicentes quia fan
 tasma est. Et præ timore clamauerunt.
 Statimq; ih̄s locutus est eis. dicens. Habete
 fiduciam. Ego sum. nolite timere.

m̄. cxlv.
 Sol. x.
Respondens aut petrus. dixit. Dñe. si uis.
 iube me uenire ad te supra aquas. At ipse ait.
 ueni. Et descendens petrus de nauicula.ambu
 labat supra aquā. ut ueniret ad ih̄m. Videns uero
 uentū ualidū. timuit. Et cū cepisset mergi.
 clamauit dicens. Dñe. saluum me fac. Et con
 tinuo ih̄s. extendens manū apprehendit eū.
 et ait illi. Modice fidei. quare dubitasti.

m̄. cxlv.
 l̄. cxlviii. vi.
Et cū ascendissent in nauiculā. cessauit uent.
 Qui aut in nauicula erant. uenerunt et ad
 orauerunt eū dicentes. uere. filius dñi es.

m̄. cxlv.
 l̄. cxlviii.
Et cū transfretassent. uenerunt in terrā
 gennesar. Et cū cognouissent eū uiri loci
 illius. miserunt in uniuersā regionē illam.
 Et obtulerunt ei om̄s male habentes. et roga

mt. clvii.
mr. lxxi. vi.

bant eū. ut uel fimbriā uestimenti eius tangerent.

Et quicūq. tetigerunt. saluifacti sunt.

Tunc accesserunt ad eū ab hierosolymis scribae et pharisei. dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionē seniorū. Non enī lauant manus suas. cū panē manducant. Ipse autē respondens. ait illis. Quare et uos transgredimini mandatū dī. p̄pt̄ traditionē ur̄am. Nam dī dixit. Honora patrem et matrem. Et qui male dixerit patri uel matri. morte moriatur. Uos autem dicitis. quicūq. dixerit patri. uel matri. munus quodcūq. est ex me tibi perderit. et non honorificauit patrem suū. aut matrem suam.

Et irritū fecistis mandatū dī. p̄pt̄ traditionē ur̄am. Hi pochr̄te. bene p̄phetauit de uobis esaias dicens. Populus hic labiis me honorat. cor autē eorū longe est a me. Sine causa autē colunt me. docentes doctrinas. mandata hominū. Et conuocatis ad se turbis. dixeris. Audite. et intelligite. Non quod intrat in os inquinat hominē. sed quod procedit ex ore. hoc inquinat hominē.

Tunc accedentes discipuli eius. dixerūt ei. Scis quia pharisei audito uerbo scandalizati sunt. At ille respondens. ait. Omnis plantatio. que non plantauit pater n̄s celestis. eradicabitur.

Sinite illos. cecisunt. dices cecorū. Cecus autē sicco ducatū p̄f̄ter. ambobus foueam cadunt. **R**espondens autem petrus. dixit. Ediscere nobis parabolā istā.

mt. clv.
sol. x.

mt. clvi.
mr. lxxi. vi.

mt. clvii.
mr. lxxii.

At illud dixit. Adhuc tuos sine intellectu estis. non
intellegitis. Quia omne quod in os intrat. in uentre
uadit. et in secessum emittitur. Que autem procedunt
de ore de corde exeunt. et ea conquinant hominem.
De corde enim. exeunt cogitationes male.
Homicidia. adulteria. fornicationes. furta.
falsatestimonium. blasphemia. Hec sunt que con
quinant hominem. Non lotis autem manibus man
ducare. non conquinat hominem.

Et egressus inde ihs. secessit in partes tiri et sidonis.
Et ecce mulier chananæa a finibus illis egressa.
clamauit dicens ei. Misereere me dñe fili dauid.
filiamea male ademonio uexatur. Qui non re
spondit ei uerbū. Et accedentes discipuli eius
rogabant eū. dicentes. Dimitte eā.

Suo quia clamat post nos. **I**psa autem respon
dens. ait. Non sum missus. nisi ad oues que peri
erunt domus isrl. **A**t illa uenit. et adorauit
eū dicens. Dñe. adiuuame. Qui respondens.
ait. Non est bonū sumere panē filiorū. et mit
tere canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nam et
catellie dunt de micis. que cadunt de mensa
dominorū suorū. Tunc respondens ihs. ait illi.
O mulier. magna est fides tua. fiat tibi sicut uis.
Et sanata est filia eius. ex illa hora.

Et eū transisset inde ihs. uenit secus mare galilee.
et ascendens in montē. sedebat ibi. Et acces
serunt ad eū turbe multe. habentes secū

mt. clviii.
lc. xxxv.
v.

mt. clviii.
mr. lxxviii.
v.

mt. clx.
mr. lxxv.
vi.

scdm.

mutos. claudos. cecos. debiles. et alios multos. Et proie-
cerunt eos ad pedes eius & curauit eos. ita ut turbe
mirarentur. Uidentes multos loquentes doctos am-
bulantes. eccos uidentes & magnificabant dnm isrl
Ihs aut conuocatis discipulis suis. dixit. Misereor tbe
quia triduo iupseuerant mecum. & non habent quod
manducent. & dimittere eos ieuinos nolo. ne defici-
ant in uia. & dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis
in deserto panes tantos ut saturemus turban tan-
tam. Et ait illis ihs. Quot panes habetis? tolli dixerunt
septem. Et paucos pisciculos. & precepit turbam
ut discumbirent sup terra. Et accipiens septem panes.
& pisces. & gratias agens fregit. & gratias agens fregit
& dedit discipulis suis. & discipuli dederunt populo
Et comederunt omnes & saturati sunt.
Et quod sup fuit de fragmentis. tulerunt **rū l.**
septem sportas plenas. Erant aut qui manducaue-
runt. quattuor milia hominum. extra paruulos &
mulieres. Et dimissa turba. ascendit in nauiculam &
uenit in fines mageddā. **E**t accesserunt ad eum pha-
risei & sadducei. temptantes. & rogauerunt eum ut
signum de celo ostenderet eis. **A** ille respondens
ut eis. factu uespere dicitis serenum erit. rubicun-
dum est enim caelum & mane hodie tempestas.
rutila enim triste caelum. faciem ergo caeli diu-
dicare nostis. signa aut temporū non potestis scire.
Generatio mala & adultera. signum querit & signum
non dabitur ei. nisi signum ioue. Et crederet illis abut.

mt. clxj.
mt. lxx.
loh. xxiii. v.
mt. clxxi.
tc. cxi.

mt. lxxiii. v.
mt. lxxviii.

Et cum uessent discipuli eius trans fretum obliti sunt
panes accipere. **Q**uid dixit illis. intuemini et caute

mt. clxxiii.
m. lxxiiiii.
Lc. clxxiii.
mt. clxxiii.
m. lxxxi.

a fermento phariseorum & sadduceorum.
At illi cogitabant inter se dicentes. quia panes non
accepimus. Sciens autem ihs dixit. Quid cogitatis in

teruos modice fidei quia panes non habetis
Non diu intellegitis. neque recordamini quinq. panu
quinq. milia hominum & quot cophinos sumpstis
Neque septem panu quattuor milia hominum. Et quot
sportas sumpstis. quare non intellegitis. quia non
de pane dixi uob. caute a fermento phariseorum &
sadduceorum. Tunc intellexerunt quia non dixe

mt. clxxii.
m. lxxxii.

runt cauendum a fermento panum. sed a doctrina
phariseoru & sadduceorum. **V**enit autem ihs in
partes cesaree philippi. & interrogabat discipu

los suos dicens. Quem dicunt homines esse filium
hominis. At illi dixerunt. Alii iohanne baptista
alii autem heliam. alii uero hieremiam. aut unum
ex prophetis. Dicit illis ihs. Vos autem quem me esse dica

tis. respondens simon dixit. petrus dixit. Tu es
xpi filius diuini.

Respondens autem ihs. dixit ei.
Beatus es simon bariona quia caro & sanguis non
reuelabit tibi sed pater meus qui in celis est. Et ego
dico tibi. quia tu es petrus & super hanc petram
aedificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non
preualebunt aduersus eum & tibi dabo clues
regni caelorum. Et quodcumque solueris super
terram erit solutum in celis. **T**unc precepit

Et quicunq. ligaueris super terram. erit ligatus in celis.

discipulis suis. ut nemini dicerent. quia ipse xps;
 Exinde coepit ihs ostendere discipulis suis. quia
 oporteret eum ire hierosolimam; Et multa pati
 a seniorib; & scribis & principib; sacerdotu & occidi
 & tertia die resurgere; **E**t assumens eum pe-
 trus. coepit increpare illu dicens; Absit a te dne
 Non erat tibi hoc; Qui conuersus. dixit petro;
 Vade post me satanas scandalum es mihi; Quia non
 sapiſ ea que dist. sed ea que hominum; **T**unc
 ihs dixit discipulis suis; Si quis uult post me ueni-
 re. abneget semetipsum. & tollat cruce sua & se-
 quatur me; Qui enim uoluerit anima sua salui
 ficere. pdet ea; Qui aut pdiderit anima suam
 propt me inueniet eam; Quid eni prodest homini
 si mundum uniuersu ~~uiderit~~ anime uero sue
 detrimentum patiatur. aut quid dabit homo co-
 mutationem pro anima sua; **F**ilius eni hominis
 uenturus est in gloria patris sui cum anglis suis.
 & tunc reddet unicuiq; secundum opera eius;
Amendico uobis. sunt quida de hic stantib; qui non gus-
 tabunt morte. donec uideant filium hominis ue-
 niente in regno suo; **E**t post dies sex. adsupsit
 ihs petrum et iacobu & iohanne fratre eius & du-
 cit illos in monte excelsu seorsu. et trans figurat
 est ante eos; Et resplenduit facies eius sicut sol.
 uestimenta aut eius facta sunt alba sicut nix;
 Et ecce apparuit illis moyses. & helias. cu eo loquen-
 tes; Respondens petrus. dixit ad ihm; Dne bonu

est nos hęc ē. si uis **faciamus** tibi tabernacula;
 tibi unum moysi unum. & elie unum; Adhuc eo lo
 quente. ecce nubes lucida obumbravit eos; Et ecce
 uox de nube dicens; Hęc est filius meus dilectus. in quo
 mihi bene conplacui ipsum audite; Et audientes dis
 cipuli. ceciderunt in faciem suam. & timuerunt ualde;
 Et accessit ih̄s. & tetigit eos. dixit q̄ eis; Surgite. & no
 lite timere; Leuantes autē oculos suos. neminē ui
 derunt nisi solum ih̄m; Et descendens ab illis demon
 te. n̄ precepit ih̄s dicens; Nemini dixeritis uisio
 nem uisionē. donec filius hominis a mortuis surgat.
Et interrogauerunt eū discipuli dicentes; Quid ergo scri
 be dicunt. quod heliā oportet primū uenire; At ille
 respondens. ait eis; Helias quidam uenturus est. & res
 tituet omnia; Dico autē uob. quia helias iam uenit &
 non cognouerunt eum; Sed fecerunt in eo quaecūq̄
 uoluerunt; Sic & filius hominis passurus est ab eis.
Tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne bap
 tista dixisset eis; **E**t cū uenisset ad turba. acces
 sit ad eum homo genib; prouolutus ante eum.
 dicens; Domine. miserere fili meo quia lunaticus est
 & male patitur; Nā sepe cadit in ignem. crebro ma
 qua & obruli eum discipulis tuis & non potuerunt
 curare eum; Respondens ih̄s. ait; O generatio in
 credula & perversa quousq̄ oro uobis usq̄ quo
 patiar uos; Afferte huc illū ad me; Et increpauit
 ei ih̄s. & exiit ab eo demonium & curatus est puer
 ex illa hora; **T**unc accesserunt discipuli ad ih̄m

m̄. clxxviii.
 m̄. clxxviii.
 lxx.

m̄. clxxviii.
 m̄. clxxviii.
 lxx.

m̄. clxxviii.
 lxx.

secreto. & dixerunt. Quare nos non potuimus eicere illū.
dixit illis ihs. Propter incredulitate[m] u[est]ram. Amen
quippe dico uobis. Si habueritis fidem sicut granum
sinapis. dicetis monti huic. transihinc et transibit.

Et nihil impossibile erit uobis. hoc autē genus non eicit
nisi poratione. et ieiunium. **C**onuersantib[us] autē eis
in galilea. Dixit illis ihs. Filius hominis tradendus
est in manus hominum et occidetur eum et tertio die
resurget et contristati sunt uehementer.

mt. clxxii.
mr. xciii.
luc. ci. .j.

mt. clxxxi.
luc. x.

Et cū uenisset capharnaum. accesserunt qui de
dragma accipiebant ad petru[m] & dixerunt. Magister
uester non soluit didragma autē & iam. Et cum in
traisset in domum preuenit eum ihs dicens. Quid tibi
uidetur simon. Rege terre a quib[us] accipient tributū
uel censū a filiis suis an ab alienis. Et ille dixit. Ab alie
nis dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filii. Ut autē non scan
dali zemus eos. Vade ad mare & mitte animum. & erum
piscem. Qui prius ascenderit tolle et ap[er]to ore eius in
uenies sciterē illū sumens. dactis prome & te.

mt. clxxviii.
mr. xcii. 11.
luc. ci.

An illa hora accesserunt discipuli ad ih[esu]m dicentes.
Quis putas maior est in regno celorum. & aduocans
ih[esu]s paruulum. statuit eum in medio eorum. & dixit
Amen dico uobis. nisi conuersi fueritis & efficiamini
sicut paruuli non intrabitis in regnū celorum.
Quicūq[ue] ergo humiliauerit se sicut paruulus iste.
hic est maior in regno celorum. Et quis suscepit
unum paruulum tale in nomine meo me suscipit. **Q**uia
autē scandalizauerit unum de pusillis istis.

mt. clxxviii.
mr. cii. 11.
luc. cii.

qui in me credunt. expedit ei ut suspendatur mola
 asinaria in collo eius et demergatur in profundum
 maris. Verumundo absconditis necesse est enim ut ueni
 ant scandala. Verum tamen ue homini p que scandalu
 uenit **S** i aut manus tua uel pes tuus scandalizate
 abscede eum & proice abste. Bonum tibi est ad uitam
 ingredi debilem uel clodum qua duas manus uel du
 os pedes habente mita in ignem aeternum. Et si ocr
 lus tuus scandalizate erue eum & proice abste.

Bonum tibi est cum uno oculo in uitam intrare qua
 duos oculos habente mita in gehennam ignis.

mt. cxxx
st. v.

mt. cxxxv
st. x.

mt. cxxxvii
mt. cxxxviii
v.

mt. cxxxviii
st. v.

mt. cxxxix
v.

Videte. ne contempnatis unum ex his pusillis. Dico enim
 uobis. quia angeli eorum in caelis sepi uident faciem
 patris mei qui in caelis est **V**enit enim filius homi

nis saluare quod perierat **Q**uid uobis uidetur si fu
 erint alicui centum oues. & errauerit una ex eis.

Nonne relinquet nonaginta nouem in montibus & va
 dit querere eam qua errauit & si contigerit ut in
 ueniat eam. Amen dico uob. quia gaudebit super ea
 magis quam super nonaginta nouem quae non errauerunt

Sic non est uoluntas ante patrem unum qui in caelis est
 ut pereat unum de pusillis istis **S** i aut peccauerit
 inter te fratres tuus. uade & corripit eum inter te

& ipsum solum. si te audierit lucratus eris fratre
 tuum. **S** i aut te non audierit. adhibe tecum ad
 huc unum uel duos. ut in ore duorum testium. ut
 trium stet omne uerbum. Quod si non audierit
 eos dic ecclesiae. Si aut ecclesiam non audierit.

m̄. clxxxv.
m̄. cc. xii.

sit tibi sicut & hnicus et publicanus. **A** mendico uobis
quecuq; alligaueritis sup̄ terrā erunt ligata et in celo.
Et quecumq; solueritis sup̄ terrā. erunt soluta & in celo.

m̄. clxxxvi.
x.

Iterū dico uobis. quia si duo ex uobis consenserit su
per terrā de omnire quacumq; p̄uerint fixis illis
a patre meo qui in celis est. Ubi enim erunt sunt
duo uel tres congregati in nomine meo ibi sū in me

m̄. clxxxvii.
L̄. xliii.
v.

dio eorum. **T**unc accedens petrus ad eum dixit
Dn̄e. quotiens peccabit in me frater meus & dimit
tā ei usq; septies. Dicit illi ihs. Non dico tibi usq;

m̄. lxxxviii.
x.

septies sed usq; septuagies septies. **I**deo assimi
latū est regnū caelorum homini regi qui uoluit ratio
nē ponere cū seruis suis. Et cū coepisset rationē
ponere oblitus est ei unus quidebebat decem milia
talenta. Cū autē non haberet unde reddere. iussit
eum dn̄s uenundari & uxore & filios et omnia que
habebat et reddi. Procidens autē seruis ille. orabat
eum dicens. Patientiam habe in me. & omnia red
dā tibi. Misertus autē conseruis ille inuenit unū
de conseruis suis quidebebat ei centum denarios.
Et tenens suffocabat eum dicens. Patientiā habe
in me. & omnia reddā tibi. Ille autē noluit. Sed ha
bit & misit eū in carcerē donec redderet debitū.
Videntes autē conserui eius que fugebant. contris
tati sunt ualde. Et uenerunt. & narrauerunt
domino suo omnia que facta fuerant. Tunc uo
cauit illū dominus suus. & ait illi. Serue nequā
omne debitum dimisi tibi quō rogas time ;

mt. cxxxviii
mr. ciii. vi.

Non ergo oportuit & remisereri conseruo tuo sicut et ego
 tuumiseruissum. Et tratus dñs tradidit eum tortorib;
 quo ad usq; redderet uniuersum debitū. Sic & pater
 n̄s caelestis faciet uob; si non remiseritis unusquisq; fra
 tri suo de cordib; uris. **E**t factum est cū consumma
 ret ih̄s sermones istos migravit a galilea et uenit
 in fines iudeae trans iordanem et secute s̄t eū tur
 be multe et curauit eos ibi; Et accesserunt ad
 eum pharisei temptantes eū & dicentes; Scilicet
 homini dimittere uxore suā quacūq; ex causa.
 Qui respondens ait eis. Non legistis quia qui fecit
 ab initio masculū & feminā fecit eos et dixit;
 Propt̄ hoc dimittet homo patre & matre et ad
 herabit uxori suae et erunt duo in carne una;
 Ita q; iā non s̄t duo sed una caro. quod ergo dñs con
 iunxit homo non separat; Dicunt illi; Quid ergo
 moyses mandauit dari libellū repudii & dimit
 tere; Et ait illis. Quō moyses addidit cor disuri
 p̄miserit uob; dimittere uxores uras ab initio
 aut̄ non fuit sic. **D**ico aut̄ uob; quia quicūq;
 dimiserit uxore suā nisi ab fornicatione
 & aliā duxerit moechatur. & qui dimissā duxerit
 moechatur; **D**icunt ei discipuli eius si ita est cau
 sa homini cum uxore non expedit nubere. qui
 dixit; Non omnes capiunt uerbum istud sed qui
 bus datum est. Sunt enī eunuchi qui de matris
 utero signati s̄t. & s̄t eunuchi qui facti s̄t ab ho
 minib; & sunt eunuchi qui se ipsos eunuchizauerūt;

T propter regnum celorum qui potest capere capit;
 tunc oblatis sunt ei paruuli ut manus eis inponeret.
 discipuli autem increpabant eis; Ihs uero ait eis;
 Sinite paruulos et nolite eos prohibere admeuenire;
 Talium est enim regnum caelorum et cum inposuisset eis man
 abuit inde. **E**t ecce unus accedens. ait illi. magis
 ter bone: quid boni faciam ut habeam uitam aeterna
 qui dixit ei; Quid me interrogas de bono. unus est
 bonus deus. Si autem uis ad uitam ingredi serua mandata
 Dicit illi; Quae? Ihs autem. dixit; Non homicidium fa
 cies. non adulterab. non facies furtum. non falsum testi
 monium dices. honora patrem tuum. et matrem. & diliges
 proximum tuum sicut teipsum; Dicit illi. adules
 cens omnia haec custodiui quia adhuc mihi deest;
Ait illi ihs. si uis perfectus esse. uade uende que habes
 & da pauperibus; et habebis thesaurum in caelo. & ue
 ni sequere me. **C**um audisset autem adulescens
 uerbum abuit tristis. Erant enim habens mul
 tas possessiones. Ihs autem dixit discipulis suis;
Amen dico uobis quia diues difficile intrabit in
 regnum caelorum. Et iterum dico uobis facilius est
 camelum per foramen acus transire quam diuitem intra
 re in regnum caelorum. Audistis autem ist discipuli mi
 rabantur ualde dicentes. Quis ergo poterit esse sal
 uus? Aspiciens autem ihs dixit eis. apud homines
 hoc impossibile est. Apud deum autem omnia possi
 bilisunt; Tunc respondens petrus. dixit ei; Ecce
 nos relinquimus omnia. & secuti sumus te. quid

ergo erit nobis. **I**hs autē dixit eis. Amen dico
uobis. quod uos qui secuti estis me in regeneratione
cū sederit filius hominis in sede maiestatis suae;

Sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duo
decim tribus isrl. **E**t omnis qui reliquit domum
uel fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut
uxorem. aut filios. aut agros. propter nomen meum
centuplum accipiet & uitā eternam possidebit.

Multi autē erunt primi nouissimi & nouissimi pri
mi. **S**imile est regnum caelorum homini pa
tri familias. qui exiit primo mane conducere
operarios in uineam suam. Conuentione autē facta
cum operariis ex denario diurno misit eos in uineam
suam. Et egressus circa horam tertiam uidit alios
stantes in foro otiosos & illis dixit. Ite & uos in
uineam & quod iustum fuerit. dabo uobis. Illi au
tem abiierunt. Iterum autē exiit circa sextam & nonam
horam. et fecit similiter. Circa undecimam uero
exiit. & inuenit alios stantes. & dicit illis. Quid
hic statis tota die otiosi. dicunt ei. quia nemo
nos conduxit. Dicit illis. Ite & uos in uineam meam.
Cum sero autē factum esset. dicit dominus uineae procu
ratoris suo; uoca operarios. & redde illis mercedem
Inapiens a nouissimis. usque ad primos. Cum ue
nissent ergo qui circa undecimam horam uenerant
acceperunt singulos denarios. Venientes autē
& primi. arbitrati sunt quod plus centum acceperunt.
Acceperunt autē & ipsi. singulos denarios. Et accipi

entes. murmurabant aduersus patrem familias di-
centes; Hincouissimi una hora fecerunt. & pares illos
nobis fecisti. qui portauimus pondus diei & aestus.
at ille respondens. inuicem dixit; Amice. non facio
tibi iniuriam; Nonne ex denario conuenisti mecum?
tolle quod tuum est & uade; Valo. aut & huic no-
uissimo dare. sicut & tibi; Aut non licet mihi fa-
cere quod uolo. an oculus tuus nequa est quia ego
bonissimus? sic erunt nouissimi primi. & primi nouis-
simi; Multi enim sunt uocati. pauci autem electi;

mt cci.
mgen. 11.
Luc. cxxii.

Et ascendens ih̄s hierusolimam. Adsumpsit duo de-
cim discipulos secreto. & ait illis. Ecce ascendimus
hierosolimam. & filius hominis tradetur principib;
sacerdotum. & scribis. & condemnabunt eum.
morte; Et tradent eum gentib; ad deludendum
& flagellandum. & crucifigendum. & tertia die
resurget **T**unc accessit ad eum mater filiorum
zebedae cum filiis suis. adorans. & petens. aliquid
ab eo. Dixitq; ei; Quiduis? ait illi. Dic ut sede-
ant hic duo filii mei. unus ad dextram tuam. & unus
ad sinistram tuam in regno tuo; Respondens ih̄s
dixit; Nescitis quid petatis; Potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum? dicunt ei. possumus;
Ait illis; Calicem quidem meum bibetis. sedere autem
ad dextram meam & sinistram non est meum dare
uobis. sed quibus datum est a patre meo;
Et audientes discipuli indignati sunt de duob;
fratrib; Ih̄s uocauit eos ad se. & ait; Scitis quia

principes gentium dominantur eorum et quum a ior
 res sunt potestate exercent in eos. non ita erit
 inter uos; Sed quicumque uoluerit inter uos maior
 fieri. sit uester minister; Et qui uoluerit inter
 uos primus esse. erit uester seruus; Sicut filius ho
 minis non uenit ministrari. sed ministrare; Et da
 re animam suam. redemptionem pro multis; **E**t egreden
 tib; eis. ab hiericho secuti sunt turbe multe; Et ecce
 duo ceca sedentes secus uiam audierunt quia ih̄s
 transire & clamauerunt dicentes; Dñe. miserere
 nr̄i fili dauid; Turba aut̄ increpabat eis. ut tacerent
Alli magis clamabant dicentes; Dñe. miserere nr̄i
 fili dauid; **S**tetit ih̄s. & uocauit eos & ait; Quid
 uultis ut faciant uobis. dicunt illi; Dñe. ut aperi
 antur oculi nr̄i; Misertus aut̄ coru ih̄s tetigit ocu
 los eorum. et confestim uiderunt & secuti sunt eum;
Et cū adpropinquassent. hierusolimis et uenissent
 beth fage ad montē oliuæ; Tunc ih̄s misit duos
 discipulos dicens eis; Ite in castellum quod con
 tra uos est & statim inuenietis asinā alligatam
 & pullum cū ea; Soluite. & adducite mihi; **E**t si
 quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dñs h̄is
 opus habet & confestim dimittat eos; **H**oc aut̄
 factū est. ut impleretur quod dictum est. p̄ pro
 phetā dicentē; Dicite filie syon. ecce rex tuus ue
 nit tibi mansuetus & sedens super asinū & pul
 lū filium subiugalis; **E**untes aut̄ discipuli.
 fecerunt sicut precepit illis ih̄s & adduxerunt

asinam & pullum & imposuerunt super eos uestimenta
 sua inuia; Alii autē cedebant ramos de arborib;
 & sternebant inuia; **T**urbe autē que precede
 bant & que sequebantur clamabant dicentes;
 Osanna filio dauid. benedictus qui uenit in no
 mine dñi. osanna in altissimis; **E**cū
 huiusmodi intrasset
 hierosolimam commota est uniuersa ciuitas di
 cens; Quis est hic populi autē dicebant; Hic est ih̄s
 propheta anazareth galileae; **E**t intrauit ih̄s in
 templum dñi & eiciebat omnes uidentes & ementes
 in templo & mensas nummulariorum & cathedras
 uendentium columbas euerit; Et dicit eis; Scrip
 tum est domus mea domus orationis uocabitur;
 Vos autē fecistis eam speluncam latronum;
Et accesserunt ad eum ceci claudi in templo & sana
 uit eos; **V**identes autē principes sacerdotū
 & scribe mirabilia quae fecit et pueros claman
 tes in templo et dicentes; Osanna filio dauid. indig
 nati sunt et dixerunt; Audis quid isti dicunt;
Ih̄s autē dicit eis; Vtiq; Numquā legistis quia
 ex ore infantium & lactantium pfecit laudem;
Et relictis illis abiit foras extra ciuitatē in betha
 niā ibiq; mansit; **M**ane autē reuertens in ciui
 tate esurit; Et uidens uici arbore unā secus
 uiam uenit ad eam & nihil inuenit in ea nisi
 folia tantum; ait illi; Numquam ex te fruc
 tus nascatur in sepe tñū & are facta est conti
 nuo ficulnea; Et uidentes discipuli mirati sunt

dicentes; Quomodo continuo aruit. **R**espondens
autē ih̄s ait eis; Amen dico uob. Si habueritis fidem
& non hesitaueritis. non solū deficulnea facietis.
sed et si simoni huic dixeritis tolle & iactate in
mare fiet; **E**t omnia quecumq; p̄cueritis in ora
tione credentes accipietis. **E**t cum uenisset in te
plū. accesserunt ad eum docente principes sacer
dotum & seniores populi dicentes; In qua potesta
te haec facis. & quis tibi dedit hanc potestatem?
respondens ih̄s. dixit eis; Interrogabo uos & ego.
unū sermone. Quē si dixeritis mihi. & ego uobis dica
in qua potestate haec facio; Baptismū iohannis
unde erat. ē. celo. an ex hominib;? At illi. cogitabant
inter se dicentes. Si dixerimus eccelo. dicet nob.
Quare ergo non credidistis illi. si autē dixerimus
ex hominib; timemus turbam; Omnes enim habent
iohannē. sicut prophētā; **E**t respondens ih̄s dixit;
Nescimus. Ait illis & ipse ^{nec} **E**go dico uobis. in qua
potestate haec facio; **Q**uid autē uobis uidetur?
homo quidā habebat duos filios. & accedens ad
primū. dixit; Fili. uade hodie operare in uine
am meam; Ille autē respondens. ait. nolo;
Postea autē poenitentia motus. abiit; Accedens
autē ad alterum. dixit similiter; At ille respon
dens. ait; Eo dn̄e. & non iuit; Quis ex duobus
fecit uoluntatē patris. dicunt primus. Dicit
illis ih̄s; Amen dico uobis. qui a publicani & me
retices. procedunt uos in regno di; **V**enit autē

ad uos iohannes in uia iusticie. & non credidistis ei.
 Publicani autē ~~et meretrices~~ crediderunt ei.
 Vos autem uidentes. nec penitentiam habuistis postea
 ut crederetis ei. **A**liam parabolam audite.
 Homo erat pater familias. qui plantauit uineam &
 sepe circumdedit & fodit in ea torcular. & edificauit
 turrim. & locauit eam agricolis & peregre
 profectus est. Cum autē tempus fructuum appropin-
 quasset. misit seruos ad agricolas ut acciperent
 fructus eius. Et agricolę adprehensis seruis eius.
 alium ceciderunt. alium occiderunt. alium uero
 lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures
 prioribus. & fecerunt illis similiter. Nouissime autē
 misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium
 meum. Agricole autē uidentes filium dixerunt
 intra se. Hic est heres. uenite occidam eum & habebimus
 hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt
 extra uineam & occiderunt. Cū ergo uenerit
 dominus uinee. quid faciat agricolis illis.
 auunt illi. Quos male pedit. & uineam locabit
 aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis.
 Dicit illis ih̄s. Nunquā legis in scripturis. lapide
 quem reprobaucrunt edificantes. hic factus est in
 caput anguli. a domino factum est istud & est mira-
 bile in oculis nostris. Ideo dico uobis quia auferetur
 a uobis regnum dei. Et dabitur genti faci-
 enti fructum eius. Et qui ceciderit super lapidem
 istum. confringetur. Super quem uero ceciderit cetera erunt

m. c. cxx.
 m. c. cxxviii.
 l. c. cxxli. f.
 l. c. cxxviii.
 m. c. cxxxi.
 l. c. cxxxvi.

Et cū audissent principes sacerdotum & pharisei pa-
 rabolis ei. cognouerunt quod de ipsis diceret; Et que-
 rentes eum tenere timuerunt turbas; Quō sicut p-
 phetia eū habebant. **E**t respondens ihs. dixit iterū
 in parabolis eis dicens; Simile factum est regnū caelo-
 rum homini regi. qui fecit nuptias filio suo; Et misit
 seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. & nolebant
 uenire; Iterū misit alios seruos. dicens. Dicite inuita-
 tis. ecce prandium meum parauit; Tauri mei & alia
 occisa. & omnia parata. uenite ad nuptias; Illi autē
 neglexerunt; Et abierunt. alius in uillā suā. alius
 uero ad negotiationē suam; Reliqui uero tenuerūt
 seruos ei. & contumelia affectos occiderunt;
 Rex autē cū uidisset. iratus est; Et missis exercitibus suis
 perdidit homicidas illos. & ciuitatē illorū succendit;
 Tunc ait seruis suis; Nuptiae quidē paratae sūt. sed qui
 inuitati erant non fuerunt digni; Itē ergo ad exitū
 uiarū. & quoscūq; inueneritis. uocate ad nuptias;
 Et egressi serui eius in uias. congregauerunt omnes
 quos inuenerunt malos & bonos. & implerunt
 nuptiae discumbentium; **I**ntrauit autē rex. ut
 uideret discumbentes; Et uidit ibi hominē non uesti-
 tū ueste nuptiali. & ait illi; Amice. quomodo huc
 intraisti non habens uestē nuptialem? At ille omittit;
 Tunc dixit rex ministris; Ligatis pedibus ei & mani-
 bus; mittite eū in tenebras exteriores; Ibi erit fletus
 & stridor dentium; Multa autē sūt uocati pauci uero electi;
Tunc abeuntes pharisei consiliū inierunt ut caperent

xxiii.

rum in sermone & mittunt ei discipulos suos ex
 herodianis dicentes; Magister. scimus quia ve
 rax est & uia diuinitate doces. & non est tibi
 cura de aliquo; Non enim ^{res pccat} psona hominū; Dicer
 go nobis. quid tibi uidetur; Licet censum dari
 cesari annon; Cognita autē ih̄s nequitia eorum
 ait; Quid me temptatis hy pocrite; Ostendite
 mihi non nisi macensum; At illi. obtulerunt de
 narium; Et ait illis ih̄s; Cuius ^{est} imago haec &
 sup scriptio. dicunt ei caesaris; Tunc ait illis
 Reddite ergo quae sunt caesaris caesari & quae sunt di dō
 Et audientes mirati s̄t & relicto eo abierunt. In illo
 die. accesserunt ad eum sadducei qui dicunt non
 eē resurrectionē et interrogauerunt eū dicentes
 Magister moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non ha
 bens filium. ut ducat frater eius uxore illius & sus
 citet semen fratri suo; Erant autē apud nos septē
 fratres. et primus uxore ducta defunctus est. & non
 habens semen reliquit uxore suā fratri suo. Simili
 ter secundus & tertius usq; ad septimū. Nouissime
 autē omnium & mulier defuncta est. In resurrectione
 ne ergo cui erit de septē uxor. Om̄s enī habuerūt eā
 Respondens autē ih̄s. ait illis. Erratis nescientes scrip
